



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Candidissimi Ordinis
Præmonstratensis**

Sterre, Jean Chrysostome van der

Antverpiæ, Anno M.DC.XXV.

S. Antoninvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37161

S. ANTONINVS.

Summæ Histor. P. 3. Tit. 23. c. 14.

Scriptum est, quia Spirituum ponderator est Dominus, cui soli, sicut cognitus est numerus Electorum in superna fœlicitate locandus: ita & ei soli innotescunt gradus meritorum, & præmiorum omnium Sanctorum, & quibus voluerit reuelare. Quantum autem nobis (qui tenebris inuoluimur) permittitur iudicare de Sanctis, per conjecturas & præsumptiones ex gestis eorum, arbitror ambigere neminem, plurimos Beatos utriusque sexus, non canonizatos ab Ecclesia, immo nec nominatos, non fuisse minoris meriti & inferioris gloriae, multis Catalogo Sanctorum adscriptis. Non enim Canonizatio adjicit ad meritum vel præmium essentialiæ Beatorum, nec decernit Sanctitatis gradum, sed venerationem temporalem & gloriam, ut post ipsam possit solemniter officium celebrari & festiuari, quod alias fieri non debet.

AD

